fraterne eſt emẽdacio frĩs: debet profecto proceſſus
eius tã diu durare ꝙ diu ille finis ꝓbabilit̃ ſperat̃:
et nõ vltra. Quod eciã inde ꝓbatur: qꝛ niſi hoc ſpat̃
omnino ceſſandum eſt ab inchoacione eius. ſaluis
ſemper modificacionib⁹ ſupra poſitis: videlicet niſi
peccatum ipſum vergat ĩ dampnũ proximi. ꝛ cetera.

¶ Sequitur obiectio ſimpliciũ cõtra predicta.

Poſſet aliquis ſimplex hũilis mitis et timoratus
frater dicere. Si tãta req̃runtur ad correctõez frater-
nã. q̃s tunc audebit ſe intromittẽ de ea: quis demqꝫ
audebit de ſe tanta ac talia cõfidere. vt poſſet debite
actũ iſtum ꝓſequi: Dicẽdũ. ꝙ hũilibus in hac mate-
ria reſpondendũ ẽ. qꝛ digni ſunt: amaris autẽ et ca-
lũniatoribus iuxta ſentẽciã beati iheronimi. q̃ ſemꝑ
occaſiones malignãdi ꝗrunt. null⁹ ſermo ſufficiet:
quare eciã eis per ſilenciũ melius reſpondebimus:
dimittẽtes illos ingenio ſuo. Dicam⁹ ergo. ꝙ a mul-
tis notabilib⁹ audiuim⁹. q̃bus et tenuitas mea con-
ſentit: ꝙ attẽta difficultate huius negocij. malo hoc
alteri cõmittere: ꝙ me prompte et incõſulte igerere.
Si autẽ tãta neceſſitas alicui timorato frĩ occurrẽt.
ꝙ euadere mandatũ euangelicũ neq̃ret: tũc confidẽ
in dño firmiter debet ꝙ ſpiritus ſanct⁹ q̃ ſuꝑ mitem
et humilem req̃eſcit. nõ derelinquet eum in hoc arti-
culo: ſed ſufficiẽter ſibi graciam miſtrabit. et cor ipi⁹
efficaciter tãget quõ. q̃liter et qñ ſe in hoc negocioſo
exerciciõ habebit: q̃d et pluries repertũ ẽ: ꝙ. ſ. ſimplices

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ob meritũ hũilitatis in huiuſmodi ꝑplexitatib⁹ nota
biliter ꝙ alijs ſe habuerũt. et plus ꝓfecerũt. Nichil
ergo talibus vere humilib⁹ in hijs timẽdũ eſt: quia
dñs cum illis habitat. et ad ea q̄ ſibi placẽt ſufficien
ter diriget. Verũ ne hoc breui ſermone q̄ſi deũ tẽpta
rẽ videamur. bone volũtatis hoib⁹ epilogũ venera
bilis cãcellarij Johãnis gerſon h̄ ſubnectẽ de verbo
ad verbũ placuit: in quo facile ſub cõpendio timora
tus et ſcrupuloſus aduertet ꝙ parũ ſibi a facie hu⁹
mãdati immineat piculi. Dũ tamen in alijs q̄ ſuũ ſta
tũ cõcernũt irrephenſibilem ſe exhibeat. Dixit q̄daz
notabile verbũ. Nõ ē efficacior forma pctõres obiur
gandi. ꝙ bona vita: q̄ bonis verbis longe ãtefertur

Nõ

Gerſon de correpcione fraterna.

Correpcio ꝓximi de qua dicitur mathei. 18. ſi pec
cauerit in te frater tuus corripe ipſũ ⁊c̄. eſt in p̄cep
to: ſi tamẽ iſte ſex cõdiciones cõcurrãt. Prima ē cer
ta peccati ↄgnicio: quia ex ſola ſuſpicione non debet
fieri. Secũda eſt manſuetudo in corripiendo: q2 corripi
ens cũ ira magis ꝓuocat ad pei⁹ ꝙ corripiat. Tercia
ꝙ in alio nõ ſit caucior aptitudo ad corripiẽdũ: quia
ſi ipſuz fratrem peccantẽ videant alij eq3 boni ſicut
ego vel meliores. et ei forte magis familiares. vel
prelatus ſuus. probabiliter ſupponere poſſum. ꝙ ali
quis iſtorũ corripiat ipm̄. Si autem certum eſſet ꝙ
omnes negligerent euz corripere: tũc tenẽtur quãtũ
ad hanc condicionẽ. et alijs condicõib⁹ ↄcurrẽtib⁹.